



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm  
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

4 de Pœnis diuinis in genere.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

& sanguinem fundendum vidisset homines, & ad delinquendum faciles, cepit seuerius leges ponere, dixitq; Qui effuderit sanguinem humanum, fundetur sanguis illius. Genes. 9. Et rursum in lege Mosalca, Exod. 19. 21. Levit. 20. Numer. 35. Deuter. 22. mortis poenam sepe delictis statuit. Et in Euangelica, Math. 5. 16. πᾶσις ὃς ἐλάμβανεν τὸ μαχαιρὸν ἐν μαχαίρᾳ ἀποκτείνεται. Omnes qui gladium acceperint, gladio exterminabuntur. Ceterum diuersae leges diuinae ab humanis: & rursum diuersae inter se diuinae. Diueriae quoque, & variae humane.

De poenis Diuinis in genere.

CAP. 4.

- 1 Penarum in genere criminalium, diuinarum & humanarum diuisio.
- 2 Poena humana quae, & quomodo dicantur.
- 3 Poena diuina temporalis & perpetua.
- 4 Temporalis in hoc & alio saeculo, & quae eius generis.
- 5 Poena quare interdum transit in successores & posteros. Filiis quando afficiantur poenis pro parentibus eod.

1 Sed et criminalium poenarum gradus, & varias paucis complectamur differentias: earum, de quibus iam meminimus, & de quibus dicturi sumus, poenas diuidemus, in diuinas & humanas. Rursum diuinas in eas, quas in hoc saeculo Deus infligit, & eas quas in alio, temporales vel perpetuas. Humanas rursum, in eas quae fori sunt ecclesiastici, & quae secularis. Quae omnes sunt vel spirituales, vel corporales, vel mixtae. Et rursum corporales, vel capitales, seu ad vitam naturalis vel ciuilis priuationem pertinentes: vel non capitales, ad existimationem & famam pertinentes, vel ad membrorum aliquorum abscissionem. Quas omnes suis gradibus & exemplis illustrare deest. ¶ Humanae sunt hominibus impositae, vel per homines repositae: ut & ratione executionis poenarum a Deo indictarum, poenae humane & temporales dici possunt, institutione & constitutione diuinae: non tamen omnes diuinae, humane ea ratione dicuntur. Sunt enim quaedam, quae salubri tantum admonitione sunt corrigenda ab hominibus, non autem corporalibus flagellis animaduertenda, quorum vindicta diuino examini tantum est referenda. Quando videlicet, in delinquentes disciplina exercere non possumus, vel quia non sunt nostri iuris, vel quia illorum crimina, & si nobis nota sunt, tamen manifestis indicij probari non possunt. c. cum in lege. §. his itaque, 23. quest. 4. c. eorum, 11. quest. 3. c. nullum, 30. q. 5. Benignitas etiam Dei poenas differt, & maleficiis aliquando infert feras, nunquam tamen irritas, ut ait Plinius lib. 2. c. 7. & Iuuenal. Satyr. 1. 3.

¶ *Ut sit magna tamen certe lenitas ira Deorum est.*

¶ Diuinarum poenarum aliae temporales, aliae perpetuae. Temporales poenae a Deo imponuntur in hoc, & alio saeculo, c. sunt plures, de poeni. dist. 3. can. qui in alio, 25. dist. 1. In hoc saeculo, aegritudo, paupertas, mors, & similes angustiae, seu exercitia bonorum, quibus castigantur delinquentes & corriguntur, ne in aeternum pereant, dist. cap. sunt plures §. auctoritas. c. can. nullus, 23. quest. 5. quare nec mala dicuntur, cum bonos reddant malos, vel bonos meliores. cano. illa, cauo. nec is qui, 17. quest. 1. Qui si obdurauerit, & illis flagellis non castigetur, certe temporales poenae aeternarum initium sunt. ¶ Ideo non est mirandum, si aliquando malorum poenas luant temporales successores, qui non offenderunt: nam sine culpa quidem sunt, verum sine causa non affliguntur. Et ita poena iusta, can. qui in aliquo, 51. dist. Plutarchus, lib. de sera vni. vindict. hoc ad exemplares poenas pertinere ratus est. Vindictam vero, inquit, quae ob maiorum facinora in filios, ac vniuersim de bacchatur genus, manifeste aliquando cernimus: quandoquidem multos a sceleribus auertit, ac ne similia audeant, deterret ac admoet. Variis armis & poenis temporalibus conferuatur iustus, ne cadant: qui iam ceciderunt, releuantur. Sunt pharmaca, quae praeventunt morbum, & auertuntur, alia quae curant. Et praestantior mihi & magis amicus videtur censeendus medicus & medicina, quibus auertuntur & praeventur morbi, illis quibus sanantur. In vtrisque bonum nihilominus: sed non esse eorum, quam curari, melius. Sodomitarum, Genes. 9. pueri temporali supplicio ignis & sulphuris extriti: ex hoc saeculo sunt: attamen maximum beneficium illis diuina haec poena temporalis, quia eos Deus praecociter delent, ne in aeternitas, si adu deliquissent, punirentur. Sic & iustus cum in iustorum poenis plerumque inuoluitur, & vtrique plectuntur: sed rapitur iustus, ut si vi-

nat, malitia metet eius intellectum. Sapient. 4. Sic Deus dicitur Zelotes, visitans peccata parentum in tertiam & quartam generationem, Exod. 20. Sicut peccata Dauidis poena in temporalis translata in posteros, quando praedictum illi ab eius domo in abiturum gladium, 2. Reg. 21. Dicitur & ad Heli per Prophetam, ob peccatum eius, quod non corrigeret filios, 1. Reg. 2. Ecce dies veniunt, ait Dominus, & praedictam brachium tuum, & brachium domus patris tui, ut non sit senex in domo tua omnibus diebus. Et Achab conuersus ad poenitentiam, poena eius peccati translata in posteros, 4. Reg. 21. can. illud, §. si. c. can. Achab. c. can. talis, de poeni. dist. 3. Ut & in iure ciuili aliquando, & gentium ob crimina quaedam atrocitas extenditur poena in proximos, & filios, ut in crimine maiestatis. l. quisquis, ad l. ful. maiest. C. Et in crimine illo nos plura cōcicimus in hanc rem, & hereseos, can. quare ego, §. verum & §. 6. q. 1. cum similib. in quibus aetuitur, ne filii inueniantur patrum scelera, & ideo illis occasio subducitur. Proinde, dum quis videt flagellari in hac vita homines a Deo, non statim arguere debet, id eo illos improbos: nec contra, dum videt impios omni humana felicitate cumulati, & prospere viuere, non ideo illos probos & Deo gratos opinari. Nam quos amat Deus, castigat, ut praemis ternis referat: quos autem contemnit, permittit bona in hac vita recipere, ut aeterna supplicia consequantur. can. si quando de poeni. dist. 3. Quod ex diuitis, & Lazari parabolae colligere licet in sacro Euangelio. At non ita in poenis, quae in vitionem peccatorum & delictorum feruntur, siue illae temporales, siue aeternae sint, statuendam. Nam haec personales sunt, nec personas egrediuntur, quia tale sol. mar. ut alius pro alio puniatur. l. crimen, patrum, & l. poena, P. l. sancimus, C. de rubr. ne fil. pro patr. Et sed anima quae peccauerit, ipsa morietur, nec filius portabit iniquitatem patris, Ezech. 18. can. si habes, & c. 1. 2. q. 3. Et vniuersumque pro peccato suo morietur. Deut. 24. 2. Paral. 24. 4. Reg. 14.

De duabus primis poenis homini, & mulieri impositis. CAP. 5.

- 1 Mors poena peccati.
- 2 Pariendi dolores mulieribus in poenam dati.
- 3 Vxor quare marito subdita eod.
- 4 Parere durum mulieribus.

Poenae temporales diuinae, de quibus sacra Biblia membraunt, sunt plures: verum quaedam tantum indicabimus, ea quoque ab hominibus vltur patas, vel exemplo, vel praepcepto per earum expositionem, ne cogantur eadem sapius sub diuersis recantare locis. Prior imposita poena homini mors temporalis, huius vitae solutio animae & corporis, ob primum peccatum Adam & Euae, Genes. 2. §. 3. ad Roman. 5. can. cum ergo, §. 1. 2. q. 1. Et cum hac labores, solitudines omnes, morbi aduecerunt. Siquidem omnia fere negotia labore necessario subimus, ut habeamus alimenta, quibus ab ecedente per singula momenta vitam corporis resciamus. Morbi autem sunt maiores mortis, veluti particulares corporis lites, quae vniuersam systitum & naturae temperamentum paulatim rodunt & debilitant. Ex terra facti sumus, & in terram ob peccatum reuertimur. Eccles. 3. cap. in Ecclesiastico, 13. q. 1. Omnes morimur, & delabimur in terram, veluti aquae, quae non reuertuntur. 2. Reg. 14. Poetice egregie tamen Hesiodus depingit vitae prioris hominis felicitatem, & ex peccato mulieris ex malo succedentem infelicitatem. 1. Ergon.

πένυ μὲν ὄν, inquit, ζῶον ἐπὶ χθονὶ οὐδὲ ἀνθρώπων Νόσση ἀπὲρ τε κλονὴν καὶ ἀπὲρ χαλεπὸν πόνον, Νόσον τ' ἀργαλίον, ἢ τ' ἀπύρσιον γῆρας ἔδωκεν. Ἄτλα δὲ ἐν γαστρίῳ βελῶν κατὰ γαστρίονισσι. Ἀλλὰ γυνὴ χρεῖσται πλοῦν μέγα πύρ. ἀρρήστω Ἐκείδωσ' ἀνθρώπωνισσι δὲ ἐμὴσσο ἕλθεα λόγῳ. &c. quae seq. id est.

Prius namque, vivebant familia hominum. Omnia absq; malis, & sine difficili labore. Morbus molestus, qui hominibus senectam adferunt. Mox enim in afflictione mortales consensuerunt. Sed mulier manibus vasis in agrum operculum dimouens. Disperfit hominibus autem machinosa est curas grauis.

¶ Secunda poena mulieribus imposita, dolor est in pariendo, & alia seruitus maritalis. Gen. 3. Duae poenae certe grauissimae per eam quae in partu, & voluptas in decipiendi viro praecedis vindicatur: in eo quod viro subdita fit, punitur temeritas, quae abusa fuerit viro, cui data erat in auxiliu, & facta antea adiutoriu illi similit. Gen. 2. c. cum societas, 27. q. 2. c. lex diuina, 33. q. 2. c. d. viii. de biga. Mento